



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

VI. Beatam dicit Virginem Nahasson; quia Virgo in antiquum serpentem
habet imperium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

6. Beatam dicit Virginem Nahasson.

Quia Virgo in antiquum serpentem habet imperium.

Num. 2. *Ad Orientem figet tentoria Judas per turmas exercitus sui, eritque Principis filiorum ejus Nabasson Filius Aminadab.* Idem Num. 7. *Primo die ante alios obtulit munera in dedicationem altaris. Nabasson idem est quod serpens. Hier. in nomin. Hebr.* An quia fortè serpentem vicit. Serpens est hostis noster, & quidem qualem describit *Hilarus lib. 30. c. 34.* Non frangunt illum marforum cantus, & confopita viperarum sibila, contumax illa atque insolens antiqui serpentis inobedientia, cantus Sanctorum non audit. Istum serpentem Virgo contrivit, ut prædictum in Paradiso. De quo *S. Cypr.* Non dixit Deus inimicitias pono, sed ponam, nè ad Evam pertinere videretur, sed ponam, id est, suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, te non audiat. *S. Jren: adv. haeres: lib. 5. c. 19.* Ut quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per inobedientiam Virginis, ita solum est per obedientiam alterius Virginis, & quia summè obediens fuit, in serpentes accepit imperium. *Isai 27. In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti, super Leviathan serpentem vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet eum.* *LXX. legunt,* draconem, qui est in mari. Draco fuit tortuosus, qui in primo Adami peccato, totum orbem spiris ingentibus involuit, vectis erat, in quantum *SS. Patres* in limbo tenuit, hunc in gladio vicit.

Lyra: In Filio suo explicat. Sed cur Nahasson principatum in donis tenet, cum quartus esse deberet? Nam ex tribu Juda est: Priores autem illo Ruben, Simeon, Levi. Respondet *Abul: & Lyra.* Ut prophetia Jacob de tribu Juda impleretur, quem ille leunculum, leonem, & leonem nominarat: & altari nomen suum indidit. *Isai. 29. Va Ariel, Ariel civitas quam expugnavit David.* Ariel ut explicat *Euseb: Casar: in Cat: Graec: ad c. 43. Ezech:* idem est, ac leo Dei, quoniam ibi altare fuit Dei, & devorabat omnes, quæ in ipso offerebantur animalium victimas. *Hieron: in cap. 43. Ezech:* Ariel nomen refertur ad altare, in quo vel illuminatio Dei est, vel leo & fortitudo ejus, dicente Jacob ad Iudam: *Catus leonis Iuda, ad prædam Filii mi ascendisti.* Hinc primus ad altare venit, qui nomen suum altari indidit. Stabat altare Domini vacuum præcipua & principali victimâ, ab ipso mundi initio, donec tandem Virgo S. Filia Nahassonis illam imponeret. Hoc est quod dixit *S. Germ: de Presentat:* Virgo est donum Dei maximè novum, Donarium salutare omnis ætatis. *Idem serm: de Nativit:* Propterea Deus invitat *Ezech. 39. Concurrite undiq; ad victimam meam, quam ego immolo, victimam grandem: Christum in Cruce.*

V 2

7. Beatam